Sectio XLV.

De Belemnis marinis, et, ſi petrificata extiterint, Belemnitæ dictis coniformibus, in baſi cameratis, id eſt, monothalamiis cum ſiphunculo ad apicem uſque prope axem pervadente.

§. 163.

Belemnitæ Helvetici ſubrotundi, vel leviter compreſſi in apice ſulculo donati. Belemnites alio baſi incluſo prægnans. Cum tubulo vermiculari et Oſtracite adhærente. Eroſus, et rimâ laterali in ſulculum mutatâ - fruſtulo in baſi extra latus emoto. *Belemnitæ Helvetici.*

164. Belemnitæ ſulcati per integrum unum latus. Electrini cylindroidei. calcinati. ſemicalcinati. cum materiâ terreſtri in cavitate baſeos incluſa. fluore ferrugineo obducti. *Sulcati.*

165. Belemnitæ Pruſſici â Breynio exhibiti: cum camerâ conoidea in baſi, et ſiphunculo ab ea derivato, et prope axem ad apicem uſque propagato, inque ſummitate in papillulam abeunte, cum nucleo lapideo Cameræ quandoque incluſo; cum quibus tandem ſubiungitur Matrix Belemnitarum Helveticorum. *Pruſſici.* *Matrix Eorum.*

Caput XV.